



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

8 [i. e. 9]. De substitutione & fideicomisso.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

ntis solemnii instituat extraneum , virtute eiusdem clausulae institutio directa vertitur in fideicommissariam & proximi hæredes ab intestato censentur grauati restituere extraneo hæreditatem . Tertio, si testator hærede necessario scienter præterito vel iniuste ex hæreditate in testamento minus solemnii instituat extraneum vi tute illius clausulae formaliter vel virtualiter adiectæ , censemur hæres necessarius grauatus , ut detracta portione legitima , reliquam hæreditatem restituat instituto .

Codicillus nuncupatiuus, legatum continens, nuntiatur inquit potest.

### CAP. IX.

#### *De substitutione & fideicommisso.*

Substituere est in locum hæredis vnius alterum statuere , quod dupliciter fieri potest directè & indirectè . Directa substitutio est , in qua sine ministerio instituti hæritas sub conditione defertur substituto V. C. Instituo hæredem Titum , si is hæres non fuerit , vel nolens vel non potens morte prævenitus , esto hæres Sempronius , (& hæc dicitur substitutio vulgaris .) Item si testator impuberem in sua potestate constitutum , & post mortem suam in alterius potestatem non casurum hæredem instituat , eiq; alium substituat sub conditione , si ante annos pubertatis eum ipsemet testamentum facere prohibetur , decedat (& dicitur hæc substitutio vulgaris ) Ad exemplum pupillaris substitutionis a iia introduci est , que si liberis amicibus , surdis simul & mutuis ; ed quod & hæretestamentum facere nequeant , Et dicitur hæc substitutio exemplaris , quam etiam mater potest , sed debet substitui aliquis ex hæreditatibus

tibus necessariis, si non extent, fratres. Mater autem nō potest pupillariter substituere, cum impubem in potestate non habeat.

**2** Indirecta substitutione, quae & fideicommissarii dicitur, ea est, in qua haere<sup>d</sup>itas substituto defertur ministerio haeredis qui à testatore genitus est abso-  
lute vel sub conditione, nisi tale aliquid fecerit, ut ha-  
reditatem vel totam vel partem eius aliquotam aliena-  
restituat, qui idcirco fideicommissarius appellari so-  
let. Haeres tamen fideicommissio grauiatus post edita  
haereditatem quartam partem eius, in qua institutus  
fuit, sibi retinere potest quæ pars Trebellianica dic-  
tur à S.C. Trebelliano. Cæterum testator prohibe-  
re poterit, ne Trebellianica à fideicommissio de-  
natur; non minus quam ut Falcidia à Legatis. Dein-  
de non potest detractio fieri à fideicommissio: sicut  
neque à legatis ad pias causas; Excipe nisi tam haeres  
institutus, quam fideicommissarius aut legatus in  
pia causa; Quando enim priuilegium concutitur cum  
priuilegio, tunc cessato utroque, seruatur usus com-  
mune.

Porro si haeres institutus haereditatem repudiet,  
tunc omnia eius iura & actiones ad fideicommissari-  
um transferre cogitur, nullo nec damno, nec con-  
modo apud haeredem remorante.

**3** Præter prædictas substitutiones quatuor, summe  
duæ mixtæ, quia plures in se substitutiones continent:  
Prima est, quoad personas, quæ dicitur reciproca, seu  
breuiloqua, in qua plures haeredes instituti sibi invi-  
cem substituuntur, v.c. *Instituo Caium & Titium haer-  
edes meos, eosque inuicem substituo.* Altera substitutio mi-  
xta plures in se continet secundum tempora & æta-  
tes; atque vocari solet compendiosa; puta si pater, a-  
liud

...sue descendens ita testamentum concipiatur. Insti-  
tuto filium meum hærede in, eique, quandoconque  
ex vita deceperit, substituo Titium. Tunc si filius hæ-  
res patris non extiterit, admittitur substitutus Titius  
ex vulgari: si vero hæres extiterit, sed intra puber-  
tatis annos decesserit, admittitur Titius ex pupilla-  
ri: Si autem post pubertatem decesserit succeditur  
eius fideicommissaria, detracta tamē non solum le-  
gitima, sed & Trebellianica. Si deniq; & mente ca-  
pus filius sit, succedit ei Titius ex exemplari.

In donat one inter viros veluti commissum inter-  
uenire potest, si quis alteri dorret ea legē, ut post trāf-  
actum tempus vel euéniente aliqua conditione alte-  
ritatadat: quo casū res vinculata dicitur, quia alienari  
possessore non potest.

Imperitia Notarii ineptè & obscurè loquentis nō  
viciā dispositionem.

Confessio partis omne genus probationum ex-  
cedit: Quim obrem etiam in externo foro, si verba  
testamenti ambigua sint, sed intentio testatoris du-  
obus salte in testibus probari possit ex verbis extra te-  
stamentum à testatore prolatis, multoq; magis si hæ-  
res certis coniecluris persuasus fateatur testatorem  
voluisse instituere fideicommissum, haud dubiè cō-  
tra eum pronunciabitur.

Hæres fideicommissio grauatus, si sine liberis de-  
cesserit profitendo religionem hæreditatem acqui-  
tit Monasterio, nisi aliud expreſſerit, & euidens con-  
iectura sit, noluisse testatorem, vt fideicommissum  
admonasterium deueniat, si grauatus in eo profite-  
atur, sed statim deueniat ad substitutū. Potuit enim  
testator de bonis suis arbitratu suo disponere; imo  
iustam ita disponendi causam habuissc, v. c. ut in fa-

S's

milia

4

5

6

7

milia diuinarum decus, potentia ac testatorum  
memoria conseruentur.

## CAP. X.

*De legatis & fideicommissis particularibus.*

**I**Legatum seu fideicommissum particularis quod ad hanc est donatio à defuncto relicta & ab heredibus præstanta.

N.B. Legatum & fideicommissum particulariter differunt inter se, nisi verbo um formâ, cum enim ea ad ipsum legatarium diriguntur v.c. Legatum dicitur legatum strictè: cùm vero ad heredes vel legatarium relatis verbis, rogantur, ut talem dent alteri tertio, dicitur fideicommissum particularē.

**2** Qui testari, is etiam legari potest: Codicillum autem facere nemo potest, nisi qui & testari, & qui heredes institui, iis etiam legata relinquunt: Excipe spurious, quibus habitatio solum, & alimēta relinquunt, modò id non fiat in fraudem.

**3** Licet fratres Minorores heredes non instituunt, tamen legata per modum eleemosyne ad eam relinquunt, modò id non fiat in magna quantitate, ut veluti hereditas sub nomine legari videatur.

**4** Fratribus Minoribus non habitatio sciunda ab eorum Monasterio, nec redditus annuus perperus vel ad tempus longum, ut tollatur mendicitus, pio vietū aut vestitu eorum legari potest; potest amē legari pro Ornamentis Ecclesiæ, pro lumenibus annuis, pro libris, pro vino sacrificii.

Rec.